CONSTANTINUS HUGENIUS
Viro summo
NICOLAO HEINSIO D.P.

527.

S.

Non est hoc par pari referre, mi Amice, quod me quasi Carminum
tuorum censorem adsciscas, qui illam à te operam solus postulare
nimium modestè imperio sumas, quam ut hoc invicem agamus
quod Muli solent. quando tamen me loqui jubes, hoc maximè
consilio, nisi fallor, qui per haec tempora monearis, ne quem capite,
ut apud Plautum est, aut calice ~~[illegible]~~ offendas aut genu; probo hoc
imprimis et in Allocutione publica ad Principem, nuper tam acerbo
Patriae tempore quam antehac nullum sumus experti, cautè agis
ac circumspectè. Illud proinde, quod tuis inter pulchra ~~hic~~ pul-
cherrimum est, Fortunae contentus amor, et aut non aegre admiserim,
ita de primo quod sequitur paginae tertiae disticho deliberandum arbitror
neque minus de illo, Mitis dicas Regum: quae tu vide ~~[illegible]~~ an popularibus
nostris; quin et ipsi proceres facile digesturi sint. De caeteris, toto
hoc in Poemation totum Heinsium agnosco, [illegible],
qualem te ubique probas. Non dissimulo tamen, paulo te hic intortior
et minus quam in Elegia soles perspicuum apparere: quod consulto
an affectaveris, ambigimus ego et [illegible] satis ille omnis
litteraturae cultor, tui tamen, ut nosti, apprimus admirator.
Itaque et in versiculis nonnullis obhaesimus, certè sensum omnium
non videmur assequi. Ausus sum pauca brevi stigmate signare
ad oras paginarum. Vide quid sit, crabrones agitare, et ignosce
tam temerario candori. De Poemate quo vitam meam
complexus sum; ut videas ἐκ ποδῶν εἰς κεφαλὴν productum
esse, caput, [illegible], et caudam Opusculi mitto, quod cum jam
excurrerit ad versus CIↃ CIↃ [illegible]. vermes, nondum satis absolvisse me
videor: ita quotidie aliud agenti occurrunt quae omissa nolim.
Vides ex hoc ungue quantillus leo sim, et quam prolixis
alloquiis inter meos fabulatus sim. Audax tamen hoc facinus
Si quid de Virgilio Plinius scripsit, pollicitissimum Poetam
Historum dolis effugies, verum humillimè detestatum. quidquid
de hoc meo est, nonum prodeat in annum, si tot superstitem
Autori: nunc curabo certè, ut ~~antea~~ prius in vivis etiam, tibi castigandum
exhibeatur, et [illegible], ne dubita, ulciscaris impudentiam quam tibi
hic insultavi. De Praedio, quo me [illegible] exemplo [illegible], [illegible]

530.

Ad te itaque et libros tuos de salinis invadendo, non magis quam te ipso cogitaveram, nisi quod ~~[illegible]~~ in animum ad palaculum tu domus tuæ vocare, quod etiam per illos ~~[illegible]~~ non est maior prodi [illegible] vidi, malui molestus esse et inurbanus quam tot momentis te carere. Vale decus nostrum et me ama. Hagæ Dec. CIƆIƆCLXXIIX.

Tantopere capior illo Fortunæ constantis amor, Rex [illegible] ut si meis arbitrij res sit, ab hoc ipso disticho ordiar, omissis laetus primis quibus ob subitam paroditeris in ipso limine nescio quid detrimenti accidisse quid nisi etiam ab illo ordine ~~[illegible]~~ Ad Monarcham ~~[illegible]~~ verum ~~[illegible]~~ quantiscumque ~~[illegible]~~ digna ut albis ignibus ardeas, neque nisi [illegible], tanta felicitate tibi possidere invideo.